Qui mangiant multam pro orzo de nocte roſadam,
Luſenter pariter Lunam condurre carozzam,
Quam ſtellæ veluti Ancillæ ballando ſequuntur.
Carnificem Auroram dicunt, quæ mane reſurgens
Nocturnas umbras lucis falzone trucidat,
Procruſtis ghiazzi montagnas eſſe leproſas,
Chriſtallos teneros os undas, & ſidera flores,
Smeraldoſque vocant herbas, & prata tapetos,
Cantores liquidos fangoſo in gurgite Ranas
Eſſe paraliticum boſcum dixere tremantem,
Multaque præterea quæ in magno claudere libro,
Nec mancum in longo deſcribere tempore poſſe,
Si tal volta volunt grandes celebrare Signores
Heroum aut ſtilo graviori dicere laudes,

Mil-

Mille ſpagnolatas fingunt & mille chimeras,
Quæ nimio faciunt riſu ſchioppare legentem.
Hanc propter cauſam non maraviare biſognat,
Si non Magnates unquam dant dona Poetis,
Illorum quamvis tollant ad ſidera nomen,
Multaque propter eos, & longa poemata cantent.
Namque agnoſcentes ſe non meritare tal opram,
Auctoreſque ſuos groſſas plantare carottas,
Diſprezzant falſam falſo ſub carmine laudem,
Æſtimantque nichil laudantis ſcripta boſardi,
Sic beſſata manent doctorum carmina Vatum,
Qui ſemper fontes, umbras, auraſque ſuaves,
Qui frondes, undas, herbas, floreſque canendo.
Non colgunt fructum tantis de floribus ullum,
Ergo foret melius non imparare poeſim,
Quæ fuit, eſt, & erit tenuis, mendica, boſarda.
Inſulſa,.eſuriens, exilis, & indiga rerum.
Quæ ſolet ut topi alienam cercare pagnottam,
Quæ facit auctorem ſavios ammittere ſenſus,
Quæ nullam docto richezzam porgit alumno.
Quæ ſcornum ſemper parit ſchernita Magiſtro.
Muſica quid prodeſt; quam rem mortalibus affert
Quæ non damnoſa ſit de dulcedine plena?
Ipſa etenim grato gratans modulamine orechias.
Enervat mentem, curiſque virilibus illam,
Diſpolians animum penſeris mollibus implet,
Humana ac tenero concentu corda luſingans
Effeminatos homines facit, atque codardos,
Ars vilis, quæ omnem currit vagabunda per orbem,
Improba, ſervilis, venialis jure vocanda,
Quæ ſeguitare ſolet pagam, ſtipemque guadagni,
Non prece, ſed pretio talentum mentis aguzzat,
Magna rufianeſmi fuit hæc clientula ſemper,
Næc noſtra inſano garritu corda velenat,
Noſtram hæc laſcivis pervertit vocibus almam,
Præſtigiat mentem, corrumpit blandula mores,
Solum ad falendos homines inventa bricones
Orpheus hanc propter mortem ſoffrivit amaram,
Namque illum mulieres lapidavere canentem.

Quod dicebatur nimia dulcedine vocis
Laſcivos illarum omnes feciſſe fiolos.
Hanc artem nullus ſeguitat virtutis alumnus.
Non qui mente pius, non qui ſit corde pudicus;
Non qui ſe ſteſſum pulchris de moribus ornat,
Non qui ſacra colit; non qui pietate caleſcit,
Non qui magnanimas ſervat ſub pectore forzas.
Non qui ad majores curat conſcendere honores;
Non qui famoſum ſibi cercat aquirere nomen.
Magnus Alexander dulcem cantare motectum,
Jam voluit, ſuus at ſapiens alhora magiſter
De manibus rapies citaram ſpezzavit; & illi
Non cantare tibi, regnare at convenit, inquit.
Hac ratione ſimul (volumus ſi dicere verum)
Olim cantantem ſprezzavit Roma Neronem.
Præterea ſpeſſum cantoribus eſſe videmus,
Bizzaram mentem, ac teſtam gravitate carentem,
Qui cantu ſeguitant Linum; Lunamque cerebro,
Hinc eſt quod nolunt unquam cantare pregati,
Sed ſponte ad punctum Lunæ tantummodo cantant;
Non tamen ad punctum Lunæ bona vina refudant,
Ad primum invitum pronti nam pocula ſumunt
Currit enim melius poſt dulcia pocula cantus.
Hos ipſe audivi à quodam ſapiente vocari
Artifices Veneris, & Baccanalia monſtra.
Hac tamen in noſtra magnos ætate Magiſtros,
Se reputare ſolent, inceſſu; ac voce tumentes
Diſprezzant alias artes; Rethoreſque diſertos.
Cantando æmulare putant, quod vertere cordis
Affectus poſſint, ac mentis flectere brenam.
Illorum, & tantum ſtultitia giunſit in altum.
Quod propter laudare ſuam divini ter artem,
Affirmant pazzi cœlos ſimul eſſe canoros,
Atque ſuas ſpheras ſemper girare canendo;
Non ideo ad noſtras unquam pervenit orecchias
Cœlorum cantus, numquam deſcendit abaſſum
Muſica ſpherarum ni aliquis fors muſicus ipſos
Ebrius audivit cœlos ſognando canentes.
Sæpe per Eccleſias auri mercede guidati

Can-

Cantores iſti, miſſas ſuper organa cantant.
Nec tantum miſſas, veſpros, completas, & altros,
Quos ſacra inſegnant nobis pſalteria cantus,
Sed per ſæpe metros laſcivos; etque profanos,
Ad garam cantant gorga friſolante motectos,
Non ut noſtra levent ad ſacrum pectora cultum,
Non ut reddantur cęlo pro munere grates,
Non ut fundatur pro infando crimine planctus,
Non ut devotas alzent ad ſidera mentes;
Aſt, ut gonfiantes vana prurigine pectus,
Alliciant noſtros ad fornicaria ſenſus.
Hinc non humana, potius ſed voce ferina,
Cantillant; ſtrillant mugiunt, frendentque, boantque.
Sed quid nunc dicam de te Matematica ſetta?
Quemnam producunt nobis tua ſcripta guadagnum
Quæ tua ſit virtus proprio cum nomine cignas,
Monſtrat enim tibi quod ſit mens matelica nomen,
Tuque tuis æquare ſtudes hæc nomina factis,
Dum variis ſignas libros vana arte figuris;
Nunc quadros formans, nunc tundos, nuncque trianglos
Nunc Epiciclos, nunc Rombos, nunc Tetagonos,
Seu ſuperficiem, ſeu centrum, ſed diametrum,
Et punctos; lineas; quadratos, corpora, & orbes,
Quod ſtudium rendit pazzas ſummopere mentes,
Quodque facit ſtolidos nomines, & ſæpę balordos
Dum quadraturam in Circlo rettovare laborant
Hi ſed quam ſemper ſtulti in mortaria piſtant.
Omitto tantas lites, diſcrimina tanta
Quæ ſimul adverſus l'un l'altrum ſcribitis omnes
Monſtrantes varios bizzarra mente pareros.
Unus ait terram mundi eſſe imoblie centrum.
Alter ſed reprobans hoc centrum ait eſſe Solem,
Circa illum affirmant alios caminare planetas,
Raccontant aliqui Lunam in ſe claudere multas
Montagnas, boſcos, regiones, atque paeſos,
Quos habitant variæ vario ſub climate gentes,
Sicut habitantur noſtræ confinia Terræ.
Occhiali auxilio quem noſtra ætate bajaſſant
Cervello inveniſſe Prior Gavileus Hetruſco.

Multa ferunt cœlo noviter ſcoperta fuiſſe.
Circa Jovem dicunt, parvo ſed lumine ſtellas
Quatuor eſſe iſtas Mediceas inde vocavit
Ipſe Gallileus primus detector earum,
Hoc titulo gaudens Tuſcos adulare Signores.
Narrant præterea cœli in regione ſcopertas
Stellas eſſe alias, atque illas inde ſparitas,
Non aria, at cœlum dicunt generare Cometas,
Affirmant baſſæ quod ſit Venus æmula Lunæ,
Quæ creſcat Solis, nec non ſplendore decreſcat
Ipſius, & monſtrat, quod magno Solis in orbe,
Appareant aliquo mobiles in tempore macchiæ,
Quæ quoque diſpareant, nec ſint aliquando vedutæ
His propter cauſas ſtudiant moſtrare, quod ipſum
Sit generabile, nec non corruptibile cœlum,
Omnia quæ vanis cum ſint fundata paziis
Humanas groſſis implent erroribus aures.
Aſtrologi reſtant, ad quorum ſomnia vana
Convertens animum magnus me riſus achiapat,
Iſti etenim varios cœlos, variaſque figuras
Cœlorum retrovant, Planetas, ſidera, & orbes,
Quid faciunt ſtellæ in cœlo, quid Jupiter ipſe
Scire ajunt ſi, Luna cagat, ſi piſſat Apollo,
Si læto aſpectu Mercurius, anne maligno,
Sit Venus in caſam Saturni, aut Martis in ædem,
Icarium at ſeguitant morem, dum celſa petentes
Sidera, contemplant Solis, lunæque viaggios,
Cælorumque plagas matti penetrare volentes
Dum ſuper aſtra volant merdoſo in ſtercore caſcant.
Magna etiam inter eos ſemper diſcordia manſit,
Octo ponunt aliqui in numero tantumodo Speras
Eſſe novem dicunt alii, biſquinque ſed altri.
Sic etiam faciunt octavi de motibus orbis,
Eſt etenim hic motus ſimplex ſtimatus ab altris.
Eſtque idem duplex, & triplex dictus ab altris;
De tantis pariter, quas dicunt eſſe figuris,
De ſtellis fixis menſura Solis, & Anni,
De motu cœli, quenam ſit lactea ſtrada,

Aut

Aut quid per dentrum conſervat circulus ille,
Cum varia inter eos fuerit ſententia ſemper,
Quam nos a Strologis tantis dediſcere ſcolam.
Quæ verum aut certum comprendat poſſumus unquam?
Nolo de multis aliis diſcurrere rebus
Quin trepidationes, & retrogadationes,
Acceſſus, raptus, receſſus, ſigna, figuras,
Motus, imagineſque omnes hic pono dabandam,
Omnia quæ coſtant figmentis plena boſardis,
Atque in principio a vanis inventa Poetis.
Attamen ex iſtis Strologi perſæpe boſiis
Allegri vivunt, magnum faciendo guadagnum
Dum primi illarum inventores pane careſcunt
De marzaque fame pereunt cantando Poetæ.
Lunaria ulterius faciunt, pronoſtica ſcribunt.
In quibus Annorum prædicunt tempora quæque,
Natales formant hominum, narrantque futura,
Si tibi vita brevis fuerit, vel longa ſenectus,
Si in proprio lecto, vel ſi moriebis in altro.
Si tibi larga dabit magnas fortuna ricchezzas,
Si tibi fors dignos concedet proſpera honores,
Si te flamma, aut unda, aut ferrum, aut corda necabit
Milleque ſimplicibus, dicunt, venduntque veſigas.
Attamen incerto ſemper ſermone loquuntur:
Ambigui, ut poſſint dementes fallere mentes,
Atque imperitos animos trapolare parolis,
Sic jam Pompejus, ſic Cæſar magnus uterque
Urbis, & orbis honor manſit trapolatus ab iſtis
Aſtrologis qui illis ſponderunt tempora vitæ
Tranquillæ in patria longos manſura per annos
Fælices palmas fęlices atque triumphos.
Fęlicem demum ſecura in pace vechiezzam,
In proprio lecto fęlicia funera mortis.
Omnia quæ deinde eventu carvere ſecundo,
Quia tota illorum promiſſa boſarda fuerunt.
Sed ſi de tantis quæ ſueſcunt dicere, frapis,
Unicus occurrit caſus prædictus ab illis,
O quantum ſe vantant, quantum ſe undique jactant
Elatam portant criſtam, gaudentque vocari

Divini vates, totaque a gente Prophetæ?
Succeſſu at ſi forte carent promiſſa bramato,
Et retrovamus eos nobis dixiſſe boſiam,
Non mancant ſcuſæ, propter coprire boſiam,
Extemplo ſapiunt alias trovare boſias.
Si bono promittunt fœlicis commoda vitæ,
Illorumque tibi veniunt contraria dictis,
Nempe tuam inculpant naturam, ſive governum]
Sive tuos damnant compagnos, ſive parentes.
Atque ſua affirmant ſervare pronoſtica verum
Si mala minazzant, mortem, ſortemve ſiniſtram,
Et tibi pro contra ſuccedunt proſpera quæque,
Quid dicunt? ſavium & ſcaltrum te nempe fatentur
Qui ſapuiſti prudenter ſuperare malannos,
Quos tibi jam ſtellæ deſtinavere malignæ,
Et recitant illud Sapiens dominabitur aſtris.
Hoc quamvis pariter cognoſcimus eſſe boſiam
Nam nec homo aſtra regit, nec homo ſtat ſubditus aſtris,
Sed Deus aſtra regit, Deus & nos ipſe gubernat,
Quo ſine nil cœlum, nil cœli ſidera poſſunt,
Cernitur hinc quantum eſt talis profeſſio fallax,
Quantunque exiſtat menzognis plena doloſis,
Quæ non poſſibiles inſegnat credere coſas,
Quæ ſemper nobis promiſſas vendit inanes,
Quæque diabolicas homines conducit ad artes,
Hæreticoſque facit nos deventare frequenter.
Quid referam morbos, pœnas, tormenta, dolores,
Angoſſas, guajos, mortes, tradimenta, ruinas,
Quas portant iſtæ miſeris mortalibus Artes?
Hoc dicat Socrates, hoc Anaxagora dicat,
Seneca, Lucanus, Diodorus, Naſon, Homerus,
Dicat Ariſtoteles, Plato, Pitagora, Marcus,
Tullius hoc dicat, Cicero, Scotuſque Joannnes,
Innumerique alii caram qui perdere vitam,
Sforzati, aut ferro, aut ſumpto perire veneno,
Quos non hic brevibus poſſem comprendere verbis
Multos quin etiam ſapientes pono dabandam,
Qui perſequuti a Dominis majoribus Orbis,
Poſt multos ſcornos, poſt multa ludibria amaram
Mor-

Mortem ſunt paſſi rigidi ſub jure Tiranni,
Hinc multi pariter noſtra hac ætate Magnates
Antiquum exemplum penitus ſeguitare volentes,
Diſprezzant homines doctos, fugiuntque saputos
Et litteratos ſeu peſtem ſemper abborrent,
O vos minchiones, o terque quaterque balordi,
Qui veterum doctos auctorum voluere libros,
Dicitis eſſe bonum, & multas apprendere litras
Laudatis ſtudium duræ ſeguitando Sophiæ,
Namque bonium ſi eſſet tantas ediſcere bajas,
Ipſi etiam Domini, qui urbes, & Regna governant,
Sicut ſæpe ſolent alienam tollere robbam,
Deque ſuis rebus proprios ſpoliare patronos,
Sic de doctrina facerent, ob cujus aquiſtum
Nulla recuſarent majoris damna fadighæ,
Tentarentque omnem impreſam, ſi forte guadagnum
Aut aliquem noſcent ab ea ſibi reddere fructum,
Iſti qui Cimam rerum cercare bonarum,
Tempus in omne ſolent, rataſque inquirere coſas
Non ſine doctrina ſoffrirent ducere vitam,
Si bona Doctrinæ humanæ eſſent & bona vitæ.
Sed quia vergognam reputant has ſcire facendas,
Atque ignominiam ſibi ſtimant eſſere doctos,
Indoctos retinent, goſſoſque libenter abbrazzant
Inde ignorantes (ſpretis virtutibus) alzant,
Ad dignitates, ac primi culmina gradus,
Iſtorum gaudent dictis, conſilia laudant,
Arbitrio ipſorum populos, Aulamque gubernant;
His manifeſta patent ſemper ſecreta patroni;
His datur, & fandi atque nefandi plena poteſtas:
His bene conveniunt Domini, quia ſemper eoſdem
Senſus habent, quorum mens ignorantis abundat
Hinc ad baſtanzam cognoſcere poſſumus omnes.
Quod ſit doctrina multum ignorantia mejor
Nobilitate vigens, & dignitate reſurgens,
Quæ omnes literarum Artes celeberrima vincit,
Quæ de aliis toto virtutibus orbe triumphat.
Quæ vera eſt hominum requies, & ſola beatrix,
Quæ genus humanum ſemper conſervat alegrum

Quæ pectus mentemque bonis cæleſtibus implet;
Hinc ad nos veniens æterni a ſede parentis
Salvator, noſtras propter ſanare magnas,
Non ſibi diſcipulos doctos elexit alhora,
Nam homines magni ingenii, vel mentis acutæ,
Sed groſſolanos, & tantum prendere piſces
Inſtructos, animo fortes, & corde fideles,
Quos fecit doctos ipſa Ignorantia mater
Ad cujus ſtudium fecerunt grande profitum,
Penna fuit remus, pro cartis vela fuerunt,
Scola fuit barchetta levis, & retia libri.
Hinc manifeſta illis patuit ſapientia vera,
Hinc potuere ſibi veram retrovare ſalutem.
O nimium miſeri, quibus ignorantia nullum
Auxilium porgit, ſtetant nam ſemper in orbe
Perpetuiſque tenent ſubmerſum pectus affannis,
Dum tabulam ſporcant Artis diſcrimine raſam,
Quam bellam Natura prius concederat illis.
Hos etenim ſemper tribulatos eſſe videmus,
Aut animo afflicto, aut infirmo corpore languent
Nam maciem labor, & morbos, incommoda mille
Mille tirat ſecum gianduſſas, mille malannos,
Unde ſoleat ogniora ſui ſtentare ſeguaces,
Conſueti miſeram nullo ordine degere vitam,
Senſibus aſtratti, rapida cum mente caminant,
Lunatici parent, nullum per ſtrada ſalutant,
Semper habent oculos mæſta ſub fronte cavatos,
Sunt triſtes, magri, plenique humore maligno,
Sunt inopes cerebro, mendici prorſus & auro,
Omnia tranſcurrant, patriæque in rebus agendis,
Nulla illis ratio, nulla eſt deſtrezza, vel ordo,
Sunt etenim extra libros, ſicut cocus extra cuſinam
Aut ſicut piſcis patria cavatus ab unda.
Ergo hujus mundi cum ſit ſapientia nobis,
Tanti cauſa mali, & tantos producat afannos,
Cur miſeri ſeguitamus eam? cur ſponte ruinas,
Et calamitates volumus ediſcere tantas?
Heu cur non faciunt Reges, aliique Signores
Per totas mundi partes bandire Libraros

Atque

Atque omnes bruſare libros, diſtruggere Stampas,
Lectores andare a ſpaſſum, & claudere ſcolas,
Doctores fruſtare ſimul, caſtrare Poetas,
Scriptores picare omnes, bruſares Pedantes,
Ne poſſent poſt hac pueris slazare brageſſas
Nec teneras virga illorum percutere nates,
Aurea ſic ad nos tornarent ſecula tandem,
Sic felix mundus reſtaret liber ab illis.
Qui tam ſæpe ſolent illum travajare malannis.
Sed jam de miſeris doctis non ultra loquamur,
Nam volo medajæ pariter monſtrare roverſum.
O vos fœlices nimium, nimiumdue beati
Ignorantes, quibus ullas diſcere lettras
Numquam cura fuit, nec carum ſpendere tempus
Artibus in vanis, quæ vitæ commoda tollunt,
Humanas lacerant mentes, & corpora guaſtant,
Non vobis ſtranium debet parere ſodales,
Si groſſolanos jam vos natura creavit,
Nullaqne poſt natos docuit vos ſcola latinos,
Namque eſt fœlicitas ſumma ignorantia voſtra,
De qua debetis magnam ſentire legrezzam,
Illud Auguſtini memorantes nobile verbum,
Indocti rapiunt cœlum, ſed tartara docti.
Præterea, ò quanti furfantes ante fuerunt,
Qui committentes homicidia, furta, rapinas,
Seque ignorantes fingentes, inde gajoffi,
Atque ſimulantes ſenſus habere balordos
Securi juſtam fugierunt Judicis iram.
Sed ſi fecit eos finta ignorantia ſalvos,
Quid feciſſe putem pro illis ſi vera fuiſſet?
Vos quoque qui bellas juvenes vaghezzare moroſas
Gaudentiſque aliorum ſæpe cucares mojeras,
Quid facitis quando pro traſtullare braghettam,
Alterius capiti vultis imponere cornas?
Nullum certe modum ſcitis retrovare majorem,
Quam vos de groſſo lignamine fingere natos,
Nam groſſas guſtat Mulier trattare ſacendas,
Atque ignorantes ad ſe tirare moroſos
Naturæ his etenim melius ſuccurrit amori.

Sic & nos aliquam pariter retrovando puellam,
Non illam ſavium gaudemus habere talentum
Scaltritum ingenium, aut maturæ mentis acumen
Quæ doctoreſſam faciat, ſaviamque Sibillam,
Sed potius groſſam cervello, animoque melenſam,
Atque bonam paſtam, vel gnocam hanc eſſe bramamus,
Quæ ſe ignoranter noſtro conjungat amori,
Quæ placida, & facilis ſit, ſimplex, atque benigna,
Quæ ſine doctrina partes ſe vertat in omnes,
Quæ ſine contraſto faciat quæcumque monemus,
Quæ noſtras ſeguitet vojas, legeſque ſecundet,
Gaudeat & noſtris ſervire idiota comandis;
Dulcius hac etenim cordis mitigare bruſorem
Poſſumus, & caros Veneris colligere fructus,
Quos conferre ſolet pleno ignorantia guſtu.
Ergo ſi quis amat vitam paſſare beatam,
Si quis poſt mortem . . . .
Si quis habere cupit raros in pectore ſenſus,
Si quis deſiderat virtutem acquirere magnam
Magnum ignorantem per certum hunc eſſe biſognat;
Virtutes omnes namque Ignorantia paſſans
Jure vocanda eſt cunctorum Regina bonorum.
O felix igitur nimium Ignorantia, per quam
Tot bona, tot gratiæ veniunt mortalibus ægris,
Tu ſola in nobis virtutum ſemina ſpargis,
Tu nobis ſemper fructus producis amatos,
Tu lætas noctes, tu giornos rendis alegros.
Dulcia tu noſtræ concedis tempora vitæ.
Tu noſtras nutris gajardo in pectore forzas,
Tu noſtra accendis cæleſti pectora amore,
Tu noſtram ſcaldas divino flamine mentem,
Tu noſtros ſtimulas ad proficientia ſenſus,
Tu nobis moſtras per drittam currere ſtradam,
Tu ſola oſtendis cœlorum ſcandere ſedes,
Tu nos ſola doces verum cognoſcere Numen,
Tu nos humanos, humiles facis, atque modeſtos,
Boncompagnones, jocondos, atque fideles,
Denique tu juſtos homines facis, atque beatos,
Allegros; graſſos, rubicundos, atque gajardos,

Quid

Quid plus tanta tuæ reſtat mihi copia laudis:
Quod nihil ad meritum me nunc dixiſſe videtur.
Sed quia lectorem video jam torcere naſum,
Meque Poetaſtrum penitus chiamate balordum,
Quod ſibi longa nimis dent noſtri tædia verſus,
Hic tua bramatum capiant encomia portum
Nec plures faciat de te mea Muſa parolas.
Vive diu felix, vivant & carmina mecum
Æternum dilecta mihi IGNORANTIA vive
Vive nec indoctum ſpernas bene docta Poetam.

DE LAUDIBUS PAZZIÆ,

Macharonea Quarta.

GRoſſiloquo altiſonas pazziæ carmine laudes
Mens mea pazza novo nunc gonfiata furore
Notificare cupit. Sed quis mihi porgere ajutum?
Materiæ uguales poterit quis præbere forzas?
Regine ut valeam tantæ deſcribere honores?
Vos modo ſcribenti Pazzæ pia numina gentis,
Bacche prior, Bacchique ſimul compagne Cupido,
Auxilium pueri puero concedite Vati?
Vos, quæſo vos ambo meum dirizzate viaggium,
Quo melius poſſim metam toccare bramatam;
Nam licet iſte meas forzas ſubjectus avanzet;
Attamen eſt mihi ſubjectis tam carior altris,
Quam melior cunctis altris, quam pulcrior extat.
Sed patriam, vecchioſque volens memorare parentes,
Unde ſuam traxit ſtirpem pazzia priorem,
Nobilior nec ea toto, nec dignior orbe,
Orbis ab initio ad finem retrovabitur unquam,
Eſt regio a noſtris multum lontana paeſis,
Quæ Paradiſæas ex omni parte vaghezzas.
Delitiaſque tenet, juſſu fabricata Deorum,
Qui ſenſus, menteſque ſuas recreare volentes,
Atria laſſantes celi deſcendere ad iſtas
Sæpe ſolent ſedes, ubi dulcia gaudia quæque.

Eli-

Eliſiique omni retrovantur tempore guſtus.
Hic nunquam verdis ſpoliatur frondibus herba,
Hic nunquam nigris tenebrantur nubibus aer,
Hinc nunquam ſofiant ſtrepitanti murmure venti,
Hic nunquam freddus campos Invernus agiazzat,
Hic nunquam Solis chiappatur terra calore,
Hic nunquam colles bruſantur ſidere Cancri.
Semper at hic generat flores Primavera galantos,
Fructibus hic variis Autunnus ſemper abondat.
Hic ſemper dulci cantat Roſignolus in umbra,
Hic repetit vecchios ſemper Filomena lamentos,
Laſciva hic ſpirat Zefirus ſeguitatus ab aura,
Frondeſcunt plantæ, verdeggiant prata dognoram,
Fruſtificant colles, floreſcunt gramina campis
Umbrificant vignæ, præbentque volentibus vuas,
Non hic cordojos patitur non incola afannos,
Non hic vel triſtis, vel malanconicus humor,
Non hic Paupertas habitat, non turpis egeſtas,
Non hac parte fames gentem maladetta travajat,
Non labor hic hoſtis ſperanzam, vendit inanem,
Non hic allegras turbant faſtidia mentes.
Non facit hic prætor poveram ſtentare canajam;
Non hic contraſtos homines, nec prælia tractant,
Non vitam hic filant Parcæ, nec ſtamina troncant,
Non hic albergat febris, nec Peſtis alozat,
Non quatit hic turres, nec Mors inimica tabernas,
Sed Pax, ſed requies ſemper, riſuſque, jocuſque,
Et feſta, & cantus ſemper, jucundaque ſemper.
Lætitia hic habitat, fælicia tempora ſemper
Hic homines paſſant, ſecuraque gaudia ſemper
Tranquillos faciunt omnes hic vivere giornos,
Dulciaque æternam tranſire per otia vitam.
Hac igitur regione ſuos Pazzia primieros
Natales traxit, pulchri quam mater Amoris
Protulit, alma Venus, juveni ingravidata Lieo,
Balia Juno fuit, quæ natam lacte cibavit,
Ingenteſque illi donavit deinde richezzas,
(Nam ſine ricchezzis nulla Pazzia valeet)
Hæc naſcendo dies ſecum portavit alegros,

Gau-

Gaudia ſenſerunt homines quibus aurea alhoram,
Tempeſtas rediit, redierunt vecchia parentis
Secula Saturni, magnum Natura levamen
Senſit, & auriferam benedixit læta fiolam,
Ipſi Cælicolæ hos partus venerare volentes,
Banchettos varios, varios fecere bagordos,
Banditam & cortem multis tenuere diebus,
Sola Minerva ſibi non dritto lumine cernens
Naſcere rivalem feſtas ſprezzavit, & inde
Æmula Pazziæ permanſit tempore in omni,
Sed plus iſta valet, quam centum mille Minervæ,
Nam cęli, & terræ partes dominatur in omnes
Omnibus incagans ſapientibus, atque Magiſtris
Qui cum ſe teneant doctatos, atque ſaputos
Plus alii groſſos, & ſtultos eſſe videmus.
Nullus enim ſub Sole poteſt deducere vitam,
Quem non ſub placido teneat Pazzia governo;
Hæc etenim pueros, juvenes, homineſque ſeneſque
Fæmineumque genus, poveros, riccoſque potenti
Sub ditione tenet, dans cunctis provida leges.
Auxilioque ſuo populos conſervat, & auget;
Nam ſine Pazzia mundus mancaret, & omnis,
Mortalis ſpecies preſtum deſtructa maneret.
Sunt etenim multi (nec tantum dico potentes
Divitiis, opibuſque quibus moriendo biſognat,
Heredes laſſare ſuos, qui prædia, & aurum
Poſſideant, magnas pro conſervare Caſadas)
Sed poveri, atque inopes, qui toto tempore ſtentant,
Nec ſolo de pane queunt implere budellas,
Attamen uxores ducunt, capiuntque novizzas
Eſſeque lætantur, Pazzia duce, maritos.
Sunt multæ pariter Viduæ, quas ſæpe videmus
Pazziam ſeguitare viri poſt funera morti,
Namque iſtę vivendo diu cum conjuge primo
Mille malas paſquas habuerunt, mille malannos,
Partibus inque ſuis probaverunt mortis afannos,
Non tamen abſque viro patiuntur ducere vitam,
Nam ſine compagno poſſunt dormire negottam,
Atque viduali nequeunt requieſcere lecto,

Qui-

Quinimo peccatum ſic ſolæ vivere credunt,
Hinc ab eis conjux eſt primus apenna ſepultus;
Quod penſant alium ſibi retrovare maritum,
Sic etenim Regina illis Pazzia comandat,
Cernimus hinc multos pueros; multaſque putinas
Naſcere & implentes villas, caſtellos, & urbes
Humani generis pro moltiplicare catervam;
Solaque Pazziæ ſunt hæc benefitia noſtræ,
Quæ tali in guiſa mundum ſervare laborat,
Corteſam cunctis hæc ſe naſcentibus ultro
Offert compagnam, totaque ætate fidelis,
Permanet & natis præſtat bene pronta ſocorſum
Hinc dicunt pueri pazzas aliquando parolas,
Hinc pariter bellas faciunt aliquando pazzias.
Per quas gaudentes ad riſus ſæpe movemur,
Lætamurque vagas illorum audire bajadas,
Sed quas non faciunt iſti creſcendos pazzias?
Quando puer pazzum non ſe demoſtrat adultus.
Hic, etenim arditum cor habet mentemque legeram
Altaque dum facili, ac magnalia mente volutat
Stulta facit; moſtratque ſuas operando matezzas.
Omnes ſunt Juvenes (experto-credite) matti.
Omnes committunt ſolemnes ſæpe pazzias,
Unus in armorum pratica vult bravus haberi,
Spadinam portat ſemper galonem tacatam,
Pro nihilo bravat, cridat, contendit, & audax
Non ſoffrire poteſt totam ſentire parolam:
Alter formoſæ gaudet ſervire Moroſæ,
Hanc amat, hanc bramat, ſeguitat, comitatur, adorat
Quam propter ſpendit robbam, buttatque cechinos,
Quam propter ſotios odit diſprezzat amicos,
Nec ſtimat un figum pro figa ponere vitam.
Alter nec Veneris curans, nec Martis amores
Cum cartis, dadiſque ſuæ præſentia vitæ,
Tempora conſumit, coſam nec panſat ad altram.
Quam giocando dies, ac longas ducere noctes,
Non habet in pretio robbam, non diligit aurum,
Non bona dilecti curat Præcepta Magiſtri,
Non ſequitur vecchi meliora exempla parentis.

Nec

Nec ſentire poteſt veri conſiglia amici,
Omnia dilapidans cari pro crimine ludi.
Alter ſed rebus vivens lontanus ab iſtis,
Cum lætis gaudet compagnis intra tavernas,
Atque in banchettis allegram degere vitam
Hic cogitat ſemper graſſos mangiare bocones,
Deque bonis vinis plenos vodare bocallos,
Omnia diſprezzans præter ſolatia gulæ.
Alter abandonans patriam, caroſque parentes
Ambitioſus abit Domino ſervire potenti.
Aut in Romana bramoſus vivere Corte,
Illic Prælatum cercat retrovare patronum,
Cui libertatem vendit, propriamque ſalutem,
Arbitrique ſui, & Naturæ jura refudat.
Conſumit vitam, robbam diſperdit, & aurum,
Tandem poſt varios ſtentos, variaſque fadigas,
Clariter agnoſcens vanas nutrire ſperanzas.
Fruſtraque caſtellos fabricare in aere inanes,
Cum manibus plenis de moſchis tornat à caſam.
Sunt alii pariter Juvenes, qui cara juventæ
In variis altris trappaſſant tempora rebus,
Diverſis diverſa volunt, ſeguitare talentum
Capriciumque ſuum juvenis eſt quiſque coactus,
Antiquum eſt dictum. Sua tirat quemque voluptas,
Ipſaque conducens omnes Pazzia creatos
In tantas; variaſque vices fælicia rendit
Sæcula; nam bellum facit hæc variatio mundum.
Sed cum viriles Juvenis pervenit ad annos,
Quando corallinos abſcondit barba labellos,
Purpureuſque coprit ſpinoſo vellere guanzas,
Auxilio an ne tenet Pazziæ forte biſognum?
Quid ni? quanto magis homines cargantur ab annis
Tanto magis caram debent ſeguitare Pazziam,
Illorum quæ ſola poteſt lenire travaios,
Atque benigna illis tranquillam tradere vitam,
Sin aliter faciunt, gratam linquendo ſodalem,
Continuo ſtentant, gravibus torquentur afannis,
Nec miſeri poſſunt veram retrovare quietem.
Clara proculdubio de iſtis exempla videntur,

Qui

Qui poſt primevam ætatem creſcentibus annis,
Fedus amicitiæ rumpunt, dominamque refundant,
Sub qua felici gaudebant tempore avantum,
Nec propriam miſeri noſcunt ſeguitare ruinam
Dum laſſant ſocios propter parere Pazziam.
Hi namque inſulſa quadam gravitate tumentes,
Aut cupiunt titulos, aut magnos quærere gradus,
At laudis capti ſed non virtutis, amore,
Plus prece quam meritis poſcunt comercia honorum,
Aut indignantes viduales vivere giornos
Uxores prendunt propter generare fiolos,
Ac ſibi procurant vaſtas cumulare ricchezzas,
Heredibuſque ſuis magnum laſſare teſorum.
Iſti ſed miſeram coguntur ducere vitam,
Cervellum perdunt, ammittunt mentis acumen,
Per tortam volgunt ſtradam rationis habenas,
Ac ſe, reſque ſuas non dritta lege gubernant,
Hos etenim regit Ambitio, fumoſaque faſtus
Gloria mortalis, vel amor ſceleratus habendi,
Hos auri maladetta fames, turpiſque guadagni,
Sollicitant curæ, & robbæ furioſa cupido.
Cernimus hinc illos dejecto lumine vultum
Ferre malanconicum, mentemque dolore gravatam,
Mille gerunt guajos, patiuntur mille malannos,
Nunquam delitias animi, nec gaudia noſcunt,
Un horam nec habent pro repoſare quietam,
Sic purgant fallum, quem commiſere balordi,
Quando dilectam primum fugiere Pazziam,
Triſtitia ſic paſſant meſchinæ tempora vitæ,
Donec ſtentantes giungunt ad limina mortis.
Sed cum Vecchiezza ad annos mortalis arrivat,
In qua ſunt tantæ pœnæ, tantique dolores,
Tot mala, tot curæ, tot morbi totque magagnæ,
Quot de Saturno ſcripſit pater ante Cocajus.
Quid ſine Pazzia faceret meſchinus alhoram?
Quomodo vitales poſſet deducere luces,
Si Pazzia ſum miſero non daret ajutum?
Illa ſed ad ſolitum dulcis tutela ſuorum,
Non mancat placidum vecchis preſtare levamen,

Illos

Illos namque facit totos ſcordare travajos,
Quaſque tulere prius dimenticare fadigas,
Atque malanconicas curas mandare dabandam,
Hos iterum in pueros transformat, ſtringit & ipſos
Omne puerilibus tempus conſumere ludis,
Hinc quamvis teneant mortem, foſſamque propinquam
Attamen allegri ſemper juvenilia tractant,
Poſtizzam portant chiomam, denteſque remiſſos,
Leggiadram zazzaram pulcros in fronte ricettos,
Quotidie tingunt barbam, raduntque ganaſſas,
Trizatas portant ſcarpas fiocchiſque dobatas,
Et profumatos guantos puzzore zibetti,
Gaudentes ſemper juvenes parere tilati,
Exultant narrare ſuos frequenter amores.
Scribere amoroſas lætantur ſæpe bajanas,
Formoſamque ſolent iſti ſeguitare puellam
De teneris annis, cui poſſent eſſe biſavi,
Hanc ſibi conducunt, ammiſſa dote, novizzam,
Atque matrimonium gaudent celebrare, ſed illud
An poſt conſumare queant, hoc neſcio certe,
Sic gravibus ſtudian mentem ſpoliare travagis,
Triſtia ſic læti curarum pondera ſcampant,
Sic ſine faſtidio nojoſæ tempora vitæ
Inter allegrezzas, inter ſolatia paſſant,
Nullum ſtimantes vicinæ mortis affannum.
Sunt mulæ pariter vecchiazzæ dentibus orbæ,
Surdæ calcagnis, oculorum lumine zoppæ,
Quæ, licet aſpectum teneant, faciemque Gabrinæ,
Plenaque de rughis, grinciſque parentibus ora:
Attamen anticam ſtudiant diſtendere pellem,
Atque pavonazzos minio ſmerdare labellos,
Nectentes biondos in blanco vertice crines,
Quo ſuper aſſueſcunt rubicundam ponere roſam,
Hoc modo nam ſperant bellos cattare moroſos,
Qui tam leggiadris cupiat ſervire putinis,
Solaque Pazziæ ſunt hæc privilegia noſtræ.
Quæ ſolet in cunctis proprium moſtrare valorem
Mirificaſque ſuæ virtutis promere forzas.
Alma parens, Natura ſagax, quæ cuncta creavit,

Cognoſcens feciſſe hominem pro rebus agendis,
Qui terrarum orbis deberet habere governum,
Qui cunctis daret leges animalibus altris,
Ut melius poſſet curas portare nojoſas,
Ut non mancaret tantæ ſub pondere ſommæ,
Quid fecit? capitis parvo in cantone locavit
Cervelli anguſtum hoſpitium, ſedemque raſonis,
Corporis at reliqui, viſta ratione, reliquit.
Senſibus imperium, quos contra fruſtra laborat,
Atque ſuas perdit fiaccas Prudentia forzas.
Præterea mulierem homini retrovavit, ut illam
Duceret uxorem, pro fomentare Pazziam,
Nam cum ſit variis mulier dotata Pazziis
Sæpe ſui de mente viriſaſtidia tollit,
Multotieſque illum matezando rendit alegrum
Cernimus hinc multos pro contentare mojeras,
Qui ſibi poſt ſpallas negotia publica mittunt,
Ridiculaſque gerunt coſas, humileſque facendas,
Ipſe quidem propriis oculis ſæpiſſime vidi
Inſignes dominos, Cavaleros, atque Signores,
Qui prætermiſſis patriæ, curiſque Senatus
Conjugis ad nutum faciebant mille pazias,
Suffriſſentque inſtar guatari nettare Cuſinam,
Atque untas manibus propriis lavore pignattas,
Fœmina nam ſemper ſtimulus ſolet eſſe Pazziæ;
Ut nos vecchia docent exempla, hinc propter eandem
Innumeri antiqua Heroes ætate fuerunt;
Qui nil ſtimantes vitam, propriumque decorem
Mille papolatas fecerunt mille cacatas,
Sic fecit Sanſon deceptus fraude Putanæ,
Sic ſapiens Salomon muliebri pazzus amore,
Sic bravus Alcides Ninfæ ſubjectus iniquæ,
Qui poſt occiſos angues, hoſteſque domatos;
Poſt ſtrangulatos Urſos, victoſque Leones,
Poſt debellatos latrones atque Tirannos,
Poſt Hidram extinctam, frenatam Cerberis iram;
Poſt extirpatos Centauros; atque Dracones,
Poſt expugnata horrendæ palatia Ditis,
Poſt ſoſtentatum ſpallis conſtantibus orbem.

Fa-

Fæmineo (veluti fanteſca) indutus amictu,
Jolæ ſervivit Dominæ, Lanamque filavit.
O quanti Alcides hoc noſtro tempore vivunt,
O quanti ſine cervello, & ſine mente matura!
O quante Joles, quantæ hac ætate Dalidæ,
Quæ portare ſolent, ſprezzato conjuge, bragas:
Quæ non uxores, ſed gaudent eſſe patronæ,
Quæ querere volunt ſe ſenſus habere viriles,
Quæ cogitant mattæ ſavias equare Sibillas.
Quæ credunt pazzæ vecchios ſuperare Catones,
Queque volunt humiles ſibi ſervos eſſe maritos,
Quæque tremare illos faciunt bravando bricones,
Quequæ ſtudent illos ſemper ſtrapazzare bicornes,
Sed quid? num merite baſtant hec carmina laudi
Excelſam digne propter celebrare Pazziam?
Quin video partem de illa dixiſſe minorem.
Nec mihi jam reſtant tanto pro munere vires,
Tu tamen, ò dulcis, nimiumque gradita Pazzia.
Accipe, quod natum eſt ardenti è mente deſium,
Accipe, quod miſſum eſt devoto è pectore carmen,
Quamvis non baſtat magnas tibi promere laudes,
Quamvis non poſſit meritas tibi reddere grates.
Quamvis non valeat dignos tibi ſolvere honores.
Nullus homo largo cœli ſub tegmine vivit,
Qui non magnifice inflammerur laudis amore,
Qui non altiſonam sforzet ſe acquirere ſamam,
Qui non tangatur veri dulcedine honoris,
Ad quem mortales accendit gloria mentes.
Hinc legimus quondam multos vixiſſe Batones,
Invictoſque Duces, horrendi fulmina belli
Qui diſprezzantes vitam, caramque ſalutem,
Per varios caſus, per tanta pericula mundi,
Perque faticoſas guerras, per tela, per ignes
Immortale ſibi voluerunt querere nomen:
Hic ergo, cum poſſent ſecuram degere vitam,
Ac ſine travajo dulci indulgere quieti,
Cur ſe precipites poſuerunt mortis ariſgum?
Quiſve illos fecit tantos cercare malannos?
Nempe Pazzia fuit caros quæ ſcorgit alumnos;

Atque ad difficiles impreſas eſſe gajardos.
Spingit ut æternum faciant cum morte guadagnum,
Hinc voluit quondam grandem moſtrare bravuram
Magnus Alexander, magnas faciendo pazzias.
Hinc Cæſar calamo bravus Dictator, & enſe,
Hinc magnus Pompejus ei cognatus, & hoſtis,
Inſanias quorum non unquam ſcribere poſſem,
Hinc Barchine tuas claras bellando prodezzas,
Et paleſare tuas potuiſti in pace pazzias;
Hinc ſtetit incontra Toſcanam Horatius omnem,
Nil curans panzam pro conſervare figaros,
Hinc roſtire ſuam ſoffrivit Scevola dextram
Nec bruſando tamen tunc dixit Mutius hoimè,
Hinc ferus arditum montatus ſupra cavallum
Curtius in foſſam mortis ſaltavit apertam:
Hinc Decii fecere ſuo de corpore votum,
Hoſtibus à propriis gaudentes eſſe ſcanatos:
Hinc quidam pazzus (nomen non recte recordor)
Æternam mundo bramans acquirere famam,
Effeſiæ eſt auſus templum bruſare Dianæ,
Hinc alii multi, quos non numerare vellem
Nomine pro vano voluerunt perdere vitam,
Reginam pronto ſeguitantes corde Pazziam.
Sed quæ ſub cœlo major pazzia videtur,
Quam ſtudiando diu magnas perferre fadigas?
Quam varios voltando libros ſibirumpere teſtam?
Eſt Pazzia quidem. Pazzia grandior omni,
Eſt vanitas vanitatum in tantis vivere affannis,
Quos ſecum condure ſolet prudentia fallax,
Quos nobis confert quædam Sapientia ſtulta;
Hæc, etenim longas noctes veggiare comandat,
Hæc homines ſuadet cunctis ſtentare diebus,
Hæc gravibus replet mortalia pectora curis,
Hæc tirat humanas per inania ſemita mentes,
Hæc ſibi ſubjectos nunquam requieſcere laſſat,
Hæc nobis lacrimas tantum, & ſuſpiria porgit,
Quando mondanas ſtringit remiſcere nojas,
Ac memorare facit tribulatæ incomoda vitæ,
Hæc demum ante diem variis pro ſtentibus omnes
Ex-

Extremam ſavios ſpeſſum conducit ad horam,
O quanto eſt melius, rigidam linquendo Minervam,
Abbrazzare piam coſtanti corde Pazziam,
Hæc etenim noſtros omnes portare travajos,
Fortiter inſegnat, mundiquæ in pace diſaſtros
Ferre docet, mitigatque graves corteſa dolores,
Hæcque malanconicas ſcazzat de pectore curas,
Sublevat oppreſſos, afflictos rendit alegros,
Hæc non comportat mortales vivere mæſtos,
Sed gaudere jubet triſtes ſuperando malannos,
Hæc pro venturis præſentia perdere non vult,
Speranzam ſecum portat, ſcazzatque timorem,
Eximios homini hæc præbet ſoventer honores,
Aquiſtatque ſuo magnum cum nomine nomen
Inter mortales bravus namque ille tenetur,
Quem dicunt ramum vivacis habere pazziæ,
Quem reputant dritta mentis ratione carere,
Quem penitus gentes cognoſcunt eſſe bizarum,
Quemque ſolent buſam cervello dicere teſtam,
Sic reſpectatos, damni formidine, pazzos,
Ac pluſquam ſaviis ſtimatos eſſe videmus,
Nullus enim ſecum vult contraſtare, nec umquam
Eſt qui contra illos ardiſcat carpere gattam.
Sed quid ego tantam nunc pro celebrare Signoram
Facta minora ſequor? meritu nec recte paleſo,
De quo majores coſæ mihi dicere reſtant?
De nobis non ſolum habet ipſa Pazzia governum
Nec ſolum leges hæc dat mortalibus ægris,
Sed ſuperos inter magnam tenet illa poſſanzam,
Et terræ, cœli, & pelagi ſimul omnia ſcorgit
Numina quæ variis forzis matezare coercet.
Præterea tantas quas commiſere Pazzias
Baccus, & alma Venus, Veneris, Bacchique fiolus,
Nam ſunt hi genitor, genitrix, fraterque Pazziæ,
Unde meravigliam nobis non eſſe videtur.
Si propter Martem toties, & propter Adonem
Ipſa olim tantas fecit Citherea pazzias:
Nec ſi cæcus Amor pazzeſco more caminat.
Nudus, & abſque braga atque in binda ſtropat ocellos,

Noctes atque dies committens mille marones.
Nec nos debemus troppum ſtupire videntes
Gonfiatum vino Baccum, mattumque ſpazzatum
De ramis vignæ viridem geſtare coronam,
Dumque imbriagus ridet, bottamque cavalcat
Agmina pazzorum ſecum conducere gaudet,
Circum circa girans multa comitante canaja
Baccantum magna quæ clamant voce patronum,
Et cantant evoe, evoe, vacuantque botazzos.
Nolo Mercurii mancum numerare pazzias,
Aut fraſcarias, per quas piat ille ſolazzum,
Nec per hora ſuas volo diſcoprire magagnas,
Unde gerit ſpeſſum, Tabachini more, polaſtros.
Unde favet ladros, truſatores, atque ribaldos,
Unde ſolet cantando bonam trapolare brigadam.
Hic quoque dacantum matezzas pono Dianæ,
Quæ in cunctis rebus pazza eſt liganda catenis,
Mobilis, inconſtans, bizzarra, colerica, cruda,
Pauper Atheon erit teſtis, ſi dico boſiam,
Teſtis & Orion quondam trucidatus ab illa.
Sed quid nunc poſſum ſcribendo dicere de te,
Eole, qui tatans ſublimi è monte pazias
Tempus in omne facis quot ſerras carcere ventos
Nam tibi cum ſaltat ghiribizzum magna ſpalancas
Atria ventorum unde exit furioſa canaja,
Quæ tantnm horrendas mollat de ventre corezas,
Quod mundum obſcurat, mare turbat, caſtra fracaſſat
Cunctaque ſub cœlo ſtatim ſottoſopra roverſat:
Tuque gajoſſe ſoles de tando ridere damno,
Et nullum curans aliorum ſtulte malorum.
Oſtendis qualem teneat tua teſta pazziam.
Hic etiam alcunas ſaltem paleſare matezzas
Exopto, Neptune, tuas quibus eſſe damancum
Non aliis ſuffers, toto nam tempore pazzus
Exerces larga ſtultum ditione tridentem,
Nullo conſilio, nulla ratione gubernas
Imperium pelagi atque undarum nobile regnum,
Quod factum eſt per te varium & mutabile monſtrum,
Nunc placidus vultu pacata per æquora, curris,

Nunc

Nunc ſolio appares colera gonfiatus iniqua,
Nunc calare facis, nunc undas ſurgere in altum.
Nunnquam firma manet tua mens ſtultiſſima, namque
Hæc ſeguitat mattæ ſemper capriccia Lunæ,
Quæ te per naſum Bufali de more ſtraſinat.
Non puto quod multum mihi ſit fadigare biſognum
Belliggeri Martis propter moſtrare pazziam.
Pazziam dico potius quin dicere poſſum
Mille paziazzas, nec erit mea lingua boſarda,
Omne etenim quodcumque facit, quodcumque comandat
Expreſſam inſaniam cognoſcitur eſſe daverum
Illa ſed ex tantis mihi paret pulcrior altris
Quando meretriculæ Veneris guidatus amore,
Ejuſdem in gremio dum traſtullare putabat,
Se in quadam ferri vilupatum rete retrovat,
Nam Vulcanus eos braſhans trapolare moroſos
Retia compoſuit quibus ambos inde piavit
Cælicoliſque aliis captos moſtravit Amantes,
Ad quorum viſtam fundentes mille cachinos,
A pazzo & pazzos burlatos eſſe videntes,
Parebant ſuper riſi mangiaſſe meneſtram
Hic alias ommitto, quas facit ille pazzias.
Præcipue bianchis quando ſe cingit in armis,
Et ſcorozzatus quinta deſcendit ab arce,
Bella ciens, guerraſque movens, portanſque batajas.
Humanoque bramans de ſanguine tingere ſpadas,
Magnates pariter ſecum impazzire coercet,
Hi namque ob vanos titulos, cauſamque legeram
Inſtituunt pugnas, horrendaque prælia miſcent,
Inſanumque feri Martis ſeguitando furorem,
Conſilii expertes committunt mille pazzias.
Tu quoque, cui ſemper mens eſt matelica Juno,
Inſanias memorare tuas me ſtringis adeſſum,
Illas præſertim, cum te zeloſia Tonantis
Impazzire fecit graviter tua corda travajans,
Namque hac de cauſa furiis agitaris iniquis,
Sæpeque laſcivum cuperes caſtrare maritum,
Ut non eſtereas poſſet guzzare Muchiachias.
Sed quoniam tibi non conceditur iſta poteſtas

In variis guiſis coleram ſfogare laboras:
Arcadiæ Regis ſic bellam contra fiolam
Feciſti extirpans biondos à fronte capillos,
Ac vultum in faciem nitidum mutando ferinam,
Zampigeram brutti formaſti corporis Urſam,
Sed tua fecit ei magnum pazzia favorem.
Tuque nocere putans rivalem matta juvaſti,
Namque in formoſam ſtellam converſa remanſit.
Quæ inter ſplendores cœli ſimul Urſa vocatur,
Innumeras altras taceo, quas ante pazzias
Feciſti, & quando faciem mentita ſimilem
Volpina miſeram Semelem cum fraude gabaſti,
Et quando inſontem privaſti lumine frontis
Tireſiam, quod contra tuam inditia mentem
Protulit, atque Jovis firmavit dicta parentis,
Et quando ipſe tibi tribuit pro munere Vaccam,
Jupiter (illa etenim te fecit Vacca zeloſam)
Inde timens furtum guardandam hanc Argo dediſti,
Ne robata tui præcepta conjugis eſſet,
Sed pocum valuere illi tunc lumina centum,
Namque ea Mercurius per ſempre lumina clauſit,
Teque ſua ad ſolitum beffatam fraude reliquit,
Sic ſine profictu ſemper tu matta fuiſti
Sic tua nunquam habuit finem pazzia bramatum.
Sed jam quas Fortuna facit ſine lege pazzias
Carmine non longo alquantum cignare biſognat,
Cernere quamvis eas non ſemper poſſumus omnes,
Illa manigoldos tantum favet, atque ribaldos.
Numquam ſueta hominum meritum guardare bonorum
Exaltat furbos, paraſitos, atque gajoffos,
Poltrones, ladros, mariolos atque bricones,
Putanas, ſtregas, rufianas, atque bagaſſas,
Inalzat buffalos, & doctos cazzat abaſſum,
Adjuvat indignos, ſed dignos ladra travajat,
Illa malos numquam à probis diſtinguere novit,
Diſpenſat magnos orbeſco more teſoros.
Non merito ac vitiis ſpeſſum concedit honores,
Pazzaque de pazzis ſemper tenet illa governum.
Stultitia multas pariter jam fecit Apollo,
Nunc

Nunc propter coleram mattus, nunc propter Amorem
Quas nolo in parvo per adeſſum ſcribere libro
Maxima lectori namque eſſent tedia noſtro,
Sed partem tantum referam de milibus unam,
Et quis non illum fatuum, mattumque chiamabit,
Qui vult per forzam bellam violare putinam.
Atque illam ſeguitans in laurum mutat amaram
Qui jocat ad ballam depoſto lumine, & arcu,
Atqne ſuum amazzat, demens giocando moroſum,
Qui carrum lucis puero committit inepto.
Maxima quo baſſum bruſant incendia mundum,
Qui fugit à ſuperis claro banditus olimpo,
Et factus Paſtor vacca cuſtodit Ameti?
Qui pulſat citharam, cantat funebria verba.
Et mortos plangit teneri de more putini?
Qui ſecreta ſolet fratrum ſpionare Deorum,
Qui modo ſe pennis ſcoprit, modo pelle Leonis,
Qui fuit in nigrum jam traſformatus oſelum,
Et qui propoſito numquam ſtat firmus in uno,
Et qui ſemper hebet ſtranos in mente furores,
Et qui ſemper amat magnas operare pazzias.
Sed de Saturno quid me nunc dicere oportet,
Ille prior cum ſit dominus Ductorque Pazziæ?
Innumeras laſſare volo, quas illo matezzas,
Atque freneſias commiſit tempore in omni,
Scire ſatis fuerit tali de numine pro nunc,
In quemdan mattum ſe traſformaſſe Cavallum,
Unde ſuam melius poſſet ſcoprire pazziam,
Quæ tam magna fuit quod vecchium ſpinſit ineptum
Ore fameſcenti proprios mangiare fiolos,
Quos (Jove detracto) devoravit more Lupino,
Hic ſicut ſuperis eſt cunctis vecchior altris,
Sic mente eſt levior, cerebroque inſanior altris.
Denique poſt illum mihi reſtat dicere de te
Jupiter, in partemque tuas ſcoprire pazzias,
In partem dico, nam ſi omnes ſcribere vellem
Inchioſtri foret, atque ingens deſtructo cartæ,
Illas nec poſſem parvo comprendere verſu,
Omnibus atque eſſet notas narrare novellas.

Et

Et quis matezzas unquam contare valeret.
Quas jam feciſti magnum ſcordatus olimpum?
Dic modo non ne tibi grandis pazzia videtur
Longævum manibus propriis caſtraſſe parentem,
Teſticuloſque ſuos pelago donaſſe voraci?
Præterea, ò quantas laſcivum propter amorem
Feciſti inſanias quoties mattus ante fuiſti,
Dicere te baſtat propriam cuccaſſe ſorellam,
Atque alias tantas olim ſtupraſſe puellas.
Nunc faciem prendens Cigni, nunc corpora Tauri,
Nunc bruttum Satiri aſpectum, nunc ora Dianæ,
Nunc veniens flavum mutatus ab æthere in aurum,
Nunc in Paſtorem, nunc convertitus in Agnum,
Nunc in ſerpentem, nunc traſformatus in ignem,
His gaudens formis bellas oſellare Madamas,
Sed non in totum mattus tunc ipſe fuiſti,
Quando Ganimedem, nimia prurigine tactus,
Montibus Idaliis, Aquila luctante, robaſti,
Aurea qui dulci ferret tibi pocula muſti,
Qui ſdegnata pio placat tua pectora ſguardo
Tot poſſet mitigare illas aliquando pazzias.
Quas tu committis, dum mittis ab æthere fulmen,
Cum quo terrificas homines, mundumque ſpaventas,
Sæpe bonos perdens, laſſans ſguazzare ribaldos,
Imperiumque tuum pazzeſca lege gubernans,
Oſtendis, quod habet cerebri tua teſta negottam,
Clariter hinc igitur cognoſcere poſſumus omnes
Non ſolum mortale genus venerare Pazziam.
Numina ſed cœli prompte ſeguitare medeſmam,
Omnibus inque ſuis illam interponere rebus,
Quin ſine ſtultitia res nulla peracta videtur
Ipſis à ſuperis, qui omnes matti ante fuerunt,
O felix igitur nimium, nimiumque gajarda,
O celebranda mihi totum pazzia per orbem,
Laudibus, o ſemper æternis digna tropheis,
Eſt cui ſub cęlo atque ſuper tam magna poteſtas,
Et cui ſunt omnes ſubiecti hominesque Deique.
O vos fælices, ò terque, quaterque beati,
Sors quibus hanc magnam conceſſit habere Patronam

Læ.

Lætamini, ò Pazzis veſtris guadete triumphis,
Vobis namque datur ſolis, ſub lumine Solis
Tempus habere bonum, & mundum ſguazzarę per omnem
Vos ſemper vultum, atque animum ſervatis alegrum,
Nontriſtes albergant in veſtro pectore curę,
Non dant impazzum placidæ faſtidia menti,
Non amor, non odium à vobis cognoſcitur ullum,
Non vos vanus honor, nec vos vergogna moleſtat,
Non vos ambitio, non unquam gloria turbat.
Vos iu diportis, in letis vivere feſtis,
In ſpaſſis, ballis, burlis verſare jocoſis,
Vos claros giornos noctes paſſare quietas
Semper gauderis, non vos adverſa ſpaventant,
Nec mancum mundi troppum vos proſpera gonfiant
Maxime de vobis prendunt ſolatia gentes,
Omnes lætantur veſtras audire matezzas.
Plurima Magnates concedunt munera vobis,
De veſtro quæ ſolent comitatu prenderé guſtum,
Namque pares paribns jungi proverbia dicunt.
Vobiſcum pariter cupiunt praticarę Matronæ,
Quæ faciunt vobis burlando mille favores.
Sic etenim pazzæ cum pazzis recte morantur,
Sic ſimilis ſimilem ſemper ſibi ſtringere gaudet.
Sed qui? forte aliquis pazzus mihi dicet adeſſum,
An ego, qui tantas aliorum ſcribo pazzias
Sim ſanus cerebro, aut ſenſu prudentior altris?
Ipſe quidem (nolo quærenti dicere falſum)
Me pazzum fateor prima hac florente juventa
Cumque mihi venient majoris temporis anni
Majorem ſpero tunc aquiſtare pazziam
Quæ mihi ſola poteſt contentam prebere vitam,
Eternumque meum poſt mortem reddere nomen,
Sed jam finis adeſt ſcribendi, nolo merendam
Perdere, millonem portavit pulcher Amintas,
Ambroſiaque mihi plenum de nectare fiaſcum
Iamque meus ſentit preſſuti naſus odorem.
Dextra ſatis ſcripſit, dentes mangiare comandant,
Agrezzatque fames jejuno in ventre budellas
Alma. PAZZIA vale, pazzique valete ſodales,

Brin-

Brindes faciam vobis, & vos mihi dicite bon prò.

DE LAUDIBUS BOSIÆ.

Macaronea Quinta.

Bizzaria mihi nuper bizzarica venit
Carmine ſubtilem groſſo celebrare BOSIAM,
Cujus virtutes mundi bona cuncta trapaſſant.
Tu mea Togna fave, tu nunc precor accipe pivam,
Namque tuo hec veniens dulci gonfiata labello
Subjectum valeam tantum paregiare canendo,
Canevam penetrare ſacram, qua dulcia Bacchi
Vina reſervantur, noſtrum quibus imple borazzum.
Trinc trinc nam faciens fluet ad mendacia carmen
Alta quidem fateor, noſtris, & forcibus impar
Materia ad laudes sforzat mea corda Boſiæ.
Quæ foret altiſoni pletro celebranda Cocai.
Ipſa tamen quantum baſtat, mea Togna!, fidelis
Pronta mihi, teneræque meæ nunc ſuggere menti,
Almancum ut valeam partem ſcoprire ſuorum,
De tot, quos porto ſcriptos in mente, bonorum,
Ars miranda quidem cunctis, & dignior altris
Eſt, quæ digna homini monſtrat præcepta Boſiæ,
Noſque docet ſpeſſum pro vero oſtendere falſum,
Ars miranda inquam, totum quæ continet orbis
Et decus, & columen, nec lumine cedit olimpo:
Hæc etenim dritto patefacit ſemite ſtradam.
Quæ ſolet ad vitam quemcumque guidare beatam,
Qua ſine nemo poteſt culmen conſcendere honoris
Qua ſine non poſſunt homines acquirere robbam,
Qua ſine quin poſſent dilectam perdere vitam.
Sint mihi veridici teſtes pia turba, poete,
Nec tantum veteres ſeu Greci, ſive Latini,
Sed mage qui ſcribunt hac tempeſtate moderni.
Omnes formoſas quondam finxere chimeras,
Omnes ad garam magnas dixere boſias,
Omnes nunc pariter mandant mendacia cartis,

Omnes de falſis librazzos verſibus implent.
Omnes ad provam mentita poemata cantant.
